

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pax e
cum fonte primo

Due sunt amice iusticia et pax. Tu forte unam uis et alteram non facis.
Nemo enim est qui non uult pacem, sed non omnes uolunt operari iusticiam.
Interroga omnes homines: Vis pacem?
Vno ore respondet tibi genus humanum: opto, cupio, amo, uolo.
Ama iusticiam quia due amice sunt iusticia et pax; ipse se osculantur.
Si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec ueniet ad te.

Augustinus super illud Psalmi LXXXIII.: Iusticia et pax osculate sunt.

Duae amicae sunt; tu forte unam uis, et alteram non facis; nemo est enim qui non uult pacem; sed non omnes uolunt operari iustitiam. Interroga omnes homines: Vis pacem? Vno ore tibi respondet totum genus humanum: Opto, cupio, uolo, amo. Ama et iustitiam; quia duae amicae sunt iustitia et pax, ipsae se osculantur; si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax, nec ueniet ad te.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 84, 12 (CCSL 39, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.1172, ll.14-20).